S. in Christo Jesu. Clariss. vir, amice colende, Vere gravis est manus Dei super nos, et peccata nostra sicut ventus dissipaverunt nos. paucissimae sunt domus in nostra civitate, in quibus hac aestate non viderimus funera. moeroribus et luctibus omnium parietes resonant. Coemiteria tumulis horrent, et vix tot exuvias hominum capiunt. Sed iustus est Dominus Deus noster. Nobis autem confusio faciei. Non tamen in perpetuum irascetur Dominus, ideo oramus, ut iubeat angelum percutientem recondere gladium in vaginam, ne prorsus nobis perdat semen sanctum. Nam amisimus ultra 200 pueros ex schola nostra, et vix ~~tam~~ restant pauci superstites, qui funera deducant. Proxima die Dominica numeravi 11 puerulos, in choro nostro eiulantes potius quam canentes. Rectorem scholae scis inter primos abreptum esse. Deinde substituti sunt duo pastores praecipui M. Cerwin et Mathias Sprechwisch. Insuper coniuges ~~Henrici~~ Steinmetz et Mathiae Khon hac hora infectae expirarunt. Hodie sponsa M. Henr. Puttendorpi, virgo castiss. et formosiss. terrae mandabitur. Optimi ~~quique~~ cives non pauci mortui sunt, puellae plurimae, quae solebant suavissimis vocibus Catechismum in templis publice recitare, evocatae sunt ad sponsum Christum, quarum audivimus tales confessiones in morbis, et recitarunt illustria scripturae dicta, ut parentes non satis felicare

possint, quanta fide hinc liberi ex hoc vita
exierint. Mea enim filia natu maxima
Catharina, in vera fide ipsi filio Dei se
commendabat et obdormiebat. Coniux mea
ipsis faucibus mortis erepta fuit. Tum
vestigia dentium mortis, ingrati Dei benefic
cicatrix. Nam apostema sub dextro brac
habet, quod sectum est, et in dorso ca
culum. Mea ancilla horum corpus
ac dominum ad matrem redijt. Etsi autem
nonnihil videtur mitigari crudelitas mor
tamen adhuc quotidie aliqui corripiuntur
funera ad sepulchra gestantur, ac prop
aedes nostrae ad propinquum publicum Cam
obsurduerunt. Tali igitur in loco Dextra
et in manu altissimj dominj versamur
Si volet (Non enim sunt anteriora, sed
posteriora videt) nos servabit, sin min
hoc saltem oramus, et nobis finem
et placidum huius vitae exitum benign
Moriendum enim semel est, ac si in
mortui fuerimus, nihil habemus quod
Quod ad meam attinet domum
Deo gratias, qui sociam vitae tibi
conservat. Et filiola ex sororis
Scias te ipsam suo sponso tradere.
bium est hanc esse praeclaram Dej
Nam primum plurimj temporj
innocentiam in baptismo acceptam ad
nat, ad christum traducunt, Dom
et iuvenes, et viri ac mulieres
oes in pulcherrima ad Deum conv
invocatione, fide, religione dilectissima
in salvat. dicta, mortem obierunt.

in coetum sibi à christo paratum, commigrant.

~~Quid~~ Ex senatoribus nostris defuncti sunt Jochim Smitt & Jochim Foss honesti et innocentes viri, qui honori erant nostrae reip.

M. Thomam Rostochio vocauit mas[?] [illegible] noster Senatus, atque eum audi- tum vniuersa Ecclesia approbauit. Transactum quoque cum ipso est, vt in locum Matthiae Sprengwisch ad S. Georgium succedat, si modo principes assenserint. Nam pauca ipsis est, quod nosti, ratam habere istorum pastorum vocationem. Ad S. Nicolaum substituimus M. Her. Wittendorpium. Hodie Senatus & nunc lictore ad pr. sunt ablegati. Filius Dei ipsorum corda regat, ne nodum in scirpo. Ad SS. [illegible] Andr. Corninus vt spero, substituetur. Habet enim talia dona docendi, quae Ecclesia probat.

Schwerinum quoque petiit corpit[?] et audio Licentiatum alio fugisse. Vbi nunc Dux Alb. subsistat, certum non scio.

D. Calixtus Schein ad Lubecenses abijt, vbi Syndici officium suscepit, haud stultum sapiens.

D. [illegible] nostrum satis maturo cum familia & supellectile commigrasse ad Blauensem, honestissimo satis stipendio. Doleo talem virum ex hac regione migrasse, non tantum amicitiae nostrae gratia, sed propter alias causas grauiores. Sed consilia Dei obseruanda sunt.

Scribebat mihi amicus quidam, in Anglia theologos Lipsenses, Vitteberg. & Ienenses Numburgi conuentum de religione habuisse, quaeso te si quid ea de re cogniti habes, vt copias[?]. Habes confusam scriptionem variis de rebus. Deus te Ecclesiae suae conseruet. Bene vale. Wis.ᵃᵉ 11. Oct. 1565.

T. Wishal[?]

Reverendo et clarissimo
viro D. Davidi Chytraeo
S. Theologiae Doctori, et
professori Rostochiano, Do-
mino et amico suo
colendo.